

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Historiae|| Natvralis|| De|| Serpentibvs|| Libri Dvo.||

Jonston, Jan

Heilbronnae, MDCCLVII.


VD18 90529200

Illustration: Tab. VIII. Chersydrus Greuini Hydrus Natrix [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11078

Chersydrus Greuini Hydrus Natrix .

Tab. VIII



Natrix Torquata .



Natrix Rubetaria .



Natrix Rubetariae sceleron



Serpens Marinus .



140

Phidippus opifex



Nar

Rhodi
Aelian
l. 8. c.

Colun
R. R.

Vener
gnac
del.



arundinis transversum arripit et gestat ne deglutiri possit: nec ille tam aperto ore ut utrumque absorbeat.

Natura.

Ad Naturam duo ipectant, *venenum*, et *lapis* quem in capite gestat. De veneno abeunt in diversa auctores. Cardano nihil venenati habent, si per vipersas undam incolentes, Chersydrus intellexit. Caelius Rhodiginus in terra faeviolem, minus in aqua facit. At Aelianus ex Apollodoro tam perniciosum scribit, ut et cadaveris ejus contactus perimat. Plinius nulli hac in parte serpentum generi inferiorem dicit, ut supra alatum.

Rhodigin.
Aelian. H. A.
l. 8. c. 5.

Columella.
R. R.

Columella denique, exsiccata uligine, in qua Narices morantur, caecos saepe morbos contrahi, quorum causas Medici perscrutari minime possint, addit. Ut sit, Daedalus et Euridice Orphei uxor, ictu Chersydri periisse traduntur. *Lapis* a deglubito evomi creditur. Quidam eum cauda suspensum foliis lauri suffiunt, et per Deum ut lapidem ejiciat, orant, quod non minus superstitiosum quam blasphemum est. Hollerius vas aqua plenum suspensum subjicit; lapis ejectus totam absumit. Sed de eo alibi.

De veneni signis ita Nicander.

Pessima quas fecit plagas haec signa sequuntur.

Arida tota cutis circum putret horribilemque

Elevat aspectum, magni ignitque dolores

Tandem hominem interimunt, mox plurima pustula surgit,

Ac aliae ex alia bullae se parte rependunt

Et miserum diris turbant affectibus aegrum.

Adde his, vomitum cholerae faetidae, quem vel tertia hora, vel tertio die mors excipit: vulneris dilatatio et nigredo, ex qua nigra et faetida sanies extillat, quod apud Aëtium et Abensinam habetur. *Morsui* Dioscorides origano trito et cum aqua subactio, vel Cortice Aristolochiae, radice querna, occurrit: Aegineta, nasturtio sylvestri, aut asphodeli fructu, vel semine faeniculi: Plinius ipsorum hydrorum je-

core et eryngio: Apulejus verbenaca: Aëtius theriaca, mithridatio, et drachma nucum cupressi, cum aqua portione baccarum myrti, et melle aut vino: Celsus, panace, prasio, et satireja: Abensina, emplastro ex calce, calamintha montana, Cortice radice quercus et oleo parato. Pareus in quodam admorso, qui cum manu ori admoza, vulnus fluxisset, in tumorem quoque linguae, et brachii, cum dolore ingenti et syncope inciderat, theriaca ad sudores, et vulneris elotionem feliciter usus est.

Magni est in Medicina *Ufus*, si *Ufus in Medicina* veteribus, et recentioribus creditur. Ex *dente* dentiscalpium odontalgiam sedat, si eo scalpentur. Duo superiores superiorum, totidem inferiores inferiorum dolorem mitigant, alligati. *Adipe*, Niliaci peruncti a Crocodilis non tanguntur. *Iecur* lithiasi medetur. *Spolium* suffitum uteri prolapsi et sedis pro-

Plin. H. N.
l. 29. c. 4.

dest; quod ab Encelio proditum. Cinis in olla luto probe circumlita, igne sarmentorum vitis cremati, cum oleo permixtus ad strumas a Sylvio laudatur. *Lapis* hydropi vehementer conducit, si genuinus est. Talem esse scribit Gesnerus, si conchae aeneae aqua plenae circumligatus, quotidie cotylas duas, seu uncias decem ejusdem absumserit. Venenatos vermes fugare, Camillus Leonhardus Pifaurensis prodidit. Sumptum lapidem vesicae perfringere fabulantur quidam.

Camillus
Leonhard.
l. 3. de lapidibus.

Pauca de Differentiis occurrunt; *Differentiae*. Alii sunt *Vulgares*, quales sunt illi qui circa thermas Porrectanas versantur, et interdum ab ore fontis cum aqua exeunt. Aut sunt plane innocui: aut si nocent levem duntaxat tumorem aut inflammationem morsu inferunt. Alii sunt *Venenati*, et magnitudine pro ratione locorum differentes. In flumine enim Argade ad Persicam Sitracem sito, copiosi sunt, capite albo, reliquo corpore nigro, quatuor cubitorum longitudine inveniuntur, qui interdum sub aqua latent, noctu aquantibus exitio esse solent. In lacu in-

Aelian. H.
A. l. 16.
c. 42.

H. Jordan.
et c.